

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

Sánchez, Francisco

Schoppe, Caspar

Perizonius, Jacobus

Franequera, 1687

Cap. II. - Nominativus a nulla parte regitur. Duo recti simul

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

non adaptasti concordiam, quæ post regulam sequebatur.

C A P. II.

Nominativus à nulla parte regitur. Duo recti simul.

Concordia Nominis, & Verbi.

EX nomine, & verbo tanquam ex materia, & forma, quæ brevissima fit, constituitur oratio: id docet Plato in Sophista, & Aristoteles lib. 2. *ἔστι ἐπισημασμένα*. Porro nomen cum verbo in solo numero convenit, ut diximus, non in persona, ut docent Grammatici: nam ea quæ conveniunt, debent in aliquo tertio, quod sit ambobus commune, convenire: * Sed nomina non habent personas, id est facies illas, quas sola verba retinent. Non ergo in persona, casu, genere nomina cum verbis conveniunt; sed quum sint omnia, exceptis duobus, tertiæ personæ verbalis, semper in illam tertiam personam ferentur: opus tamen est concordia, quia duplex illa persona est, singularis, & pluralis: itaque qui dixit; *ego disputat*, erravit in regula: qui dixit; *ego disputamus*, erravit in concordia; illud enim necessitatis fuit, hoc concordia. Rectus præterea nunquam regitur: nam in hac oratione, *Cato scribit*; *Cato* non regitur à verbo; † *nec scribit*, à *Cato*: sed con-

Rectus casus nunquam regitur à Verbo.

* *Sed Nomina non habent personam*] At vide, quæ contra hanc sententiam notavi ad pag. 58.

† *Nec scribit, à Cato*] Quum dico, *Cato scribit*, est hæc quidem concordia Nominis & Verbi, & quidem tum in Numero, tum in Persona, ac personali terminatione, nisi patet ex iis, quæ docui pag. 57, 58. Sed & *Rectus recte* po-